



ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ.  
DE ENUNTIATIONIBVS;

quas Propositiones vocant, in quibus ve-  
rum & falsum primò diiudicantur.

C A P. I.

*Quæ τάξις, quæ ἀνάγκη: quod subiectum: quæ &  
quot partes huius libri: quod discrimen inter res  
extra mentem positas, νοήματα, & illa quæ pro-  
feruntur ac scribuntur.*

**P**RIMA elemēta enuntiatorū, & *τάξις,*  
syllogismorū, nēpe simplices ὅ- *καὶ ἀ-*  
ρες, quos terminos vocāt, ad Ca- *νάγκη.*  
tegorias: itēmq; vocabula simpli-  
cia τῶν ἐπομύων, hoc est eorū,  
quæ simplices Categoriarum ὄρες consequun-  
tur, ad τὰ μετὰ τὰς κατηγορίας ante omnia  
distinctè reuocari operæpretium capūtque est,  
& vt Græci dicunt, ὁρῶντες. Hæc fuit prima o-  
mnium tractatio ex legibus καὶ παντός, καὶ καθ'  
αὐτό. Proxima succedit doctrina enuntiandi ex  
ordine & legibus iisdem. Nā enuntiata seu pro-  
positiones ex terminis constant, & vt simplices  
ὄροι sunt in enuntiatis ὡς ἐν γραμμῇ στιγμῇ, ita  
etiam propositiones sunt in syllogismo, ὡς ἐν  
τετραγώνῳ γραμμῇ.

Ex his etiā intelligitur subiectum huius libri ὑποκείμενον

a.ii.